

quoque quamcunque Scientiam occultam denotavit, *Thomas. de Crim. Mag. §. 9.* Hæ voces autem hic accipiuntur pro mediis seu modis thesauros effodiendi illegitimis, legibusque odiosis, de quibus in sequentibus.

## Th. 8.

Explicandum adhuc restat verbum **INVENTI**. Invenire autem rem significat eam non tantum aspicere, sed & aspectam apprehendere, *L. 7. pro derel. L. 43. §. 9. 10. de furt. Et arg. L. 13. C. de fidejuss.* Notum etiam est ac satis perspectum **INVENTIONEM** esse speciem Occupationis; quæ minime gentium procedit absque corporali apprehensione §. 13. *J. de R. D. Et c. L. 3. pr. Et §. 2. de A. R. D. L. 1. §. 1. de acquir. vel amitt. poss.* Thesaurus igitur inventus tum dicitur, quando non solum oculis observatus, sed & loco mætus, occupatus atque apprehensus fuerit, *Carpz. Jurispr. for. 2. Const. 35. defin. 7. n. 2. Perez ad L. un. C. d. t. n. ult.*

## Th. 9.

Quia vero **THESAURUS** aut modo licito aut illicito iuvenitur, ideo decrevi breviter  
age-